14

1522. Die quinta Decembris.

INSTRUMENTUM TRANSACTIONIS

INTER

Illustrissimum, & Excellentissimum D.D.

ALPHONSUM ESTENSEM

Ducem Ferrariæ, Mutinæ, & Regii

Ex una parte,

ET

CIVITATEM BONONIÆ

Ex altera.

Ex rogitibus

D. Herculis Borgognini Notarii Bononiæ,

&

D. Baptistæ de Sarachis Notarii Ferrariæ.

PUbblico Instromento di Transazione stipulato il dì cinque Dicembre dell'anno 1522. fra l'Illustrissimo, & Eccellentissimo Signore il Signor Alfonso D'Este di quel tempo Duca di Ferrara, Modona, e Reggio da una parte, e la Città di Bologna dall' altra; Il Sunto autentico del quale essemplato con tutte le maggiori solennità si dà in mano di Monsignore Illustrissimo, e Reverendissimo Domenico Riviera Segretario della Sacra Congregazione dell'Acque. Dalla lettura di questo Instromento il Pubblico resterà pienamente assicurato della verità delle asserzioni enunciate nell' ultima Scrittura de' Bolognesi pubblicata in quest'anno 1717. Cioè, che il Reno non cominciò ad andare nel Pò del detto anno 1522., come asseriscono i Signori Ferraresi. Che nel detto tempo si mutò solamente il sito, o il luogo dello sbocco suo in Pò, restituendolo all'Alveo vecchio: Che questa mutazione di sbocco, e rispettivamente restituzione all'Alveo vecchio fu concordata principalmente ad istanza di esso Signor Duca di Ferrara, Modona, e Reggio, e per la indennità de' suoi Stati, non meno che del Territorio Bolognese: Che così credettero lo stesso Signor Duca, e i Signori Savj di Ferrara essere loro interesse, comodo, & utilità. E che tutto ciò fu fatto per via di una vera, e formale Transazione, e Concordia. La pubblicazione di questo Instromento fanno i Bolognesi, ripetuta però la protesta, che questo non è il punto della presente quistione, ridotta alle sole variazioni pretese da'Signori Ferraresi, dall'anno 1693. in quà; ma che tutte queste verità si notificano all'universale in maggiore, e più evidente prova di quanto è stato in tante Visite, e discussioni già pienamente fermato, e stabilito.

IN DEI NOMINE AMEN.

ANno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo decimoseptimo, Indictione decima, die verò sexta mensis Augusti, tempore Pontificatus Sanctissimi

ſimi in eodem Chriſto Patris, & D. N. D. CLEMENTIS XI. Divina providentia Summi Pontificis.

Coram Illuſtriſs. D. Auditore Generali Cauſarum Civilium Civitatis Bononiæ: Comparuit Excellentiſs. D. Joſeph Stephanus Deſiderius Syndicus Illuſtriſſimi Regiminis Bononiæ, & Dominationi Suæ Illuſtriſſimæ exhibuit, & præſentavit Inſtrumentum originale authenticum Conventionum, & Capitulorum ſuper Flumine Rheni decurrentis uſque ad & in Padum inter D.Ducem Ferrariæ, & DD.Bononienſes, rogatum ſub die quinta Decembris 1522. per olim Herculem de Borgogninis dum vixit Notarium Bononiæ, inſolidum cum olim Baptiſta de Sarachis Notario Ferrarienſi, & inſtetit per me &c. ex dicto Originali extrahi fidele Tranſumptum, & declarari, dicto Tranſumpto facto, eandem fidem eſſe adhibendam, quæ adhiberetur dictomet Originali, & ſuper præſentis quodcumque Decretum &c. omni &c.

Qui Illuſtriſs. D. Auditor Generalis viſis &c. ea omnia &c. & ſucceſſivè juxta ſupra petita conceſſit, & prædicta omni &c. præſente &c.

In executionem cujus Decreti ego Notarius tranſumptavi dictum Inſtrumentum, & eſt tenoris ſequentis, videlicet:

Tranſactio fuit ſtipulata Ferrariæ die 5.Decembris 1522. inter

IN CHRISTI NOMINE AMEN. Anno Nativitatis ejuſdem *milleſimo quingenteſimo*, *vigeſimo ſecondo*, Indictione decima, *die quinta menſis Decembris*, tempore Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Adriani, Divina Providentia Papæ Sexti.

Ducem Ferrariæ, & Mutinæ nomine ſuo, & omnium ſuorum ſubditorum ex una

Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. D. *Alphonſius Extenſis Dux Ferrariæ*, *Mutinæ*, *& Regii*, *ſuo*, *& omnium*, *& quorumcumque ſuorum ſubditorum*, pro quibus omnibus de ratho, & rathi habitione omnium, & ſingulorum contentorum in præſenti Inſtrumento ſolemnitèr promiſit, & quòd illa obſervabunt, & eis non contravenient aliquo modo, nominibus ex una; *Et Magnificus*, *& generoſus Eques D. Hannibal de*

de Saſſuno Eques auratus, & Patricius Bononienſis, unus de numero Magnificorum Dominorum Quadraginta Reformatorum Status libertatis Civitatis Bononiæ, Commiſſarius, ac Syndicus, & Procurator Reverendiſſimi in Chriſto Patris & D. D. Vicelegati Bononiæ, ac Magnificorum Dominorum Antianorum, & dictorum DD. Quadraginta ejuſdem Civitatis, & Communis Bononiæ, & habens, ut ipſe exhibuit, ad infraſcripta omnia ſolemne, & ſufficiens *ſui Syndicatus, & Procuræ mandatum* per literas patentes ejuſdem Revevendiſs. D. D. Vicelegati ſubſcriptas manu infraſcriptorum Notariorum, & Secretariorum eorum reſpectivè, & cum eorum ſigillis cera rubea eiſdem impreſſis, tenoris, & continentiæ infraſcriptorum, videlicet.

Et Procuratorem ſpecialiter deputatum à Bononienſibus ex altera.

Bernardus Rubeus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Terviſinus pro Reverendiſs. in Chriſto Patre, & D. D. *Julio Tituli Sancti Laurentii in Damaſo Presbytero Cardinale de Medicis* Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario, ac *in Civitatibus Bononiæ, & Placentiæ, necnon Exarcatu Ravennæ, totaque Provintia Romandiolæ dictæ Sedis in ſpiritualibus, & temporalibus Legato* in eiſdem Civitatibus, Exarcatu, & Provintia, etiam in ſpiritualibus, & temporalibus *Vicelegatus, Gubernator, & Præſidens.* Dilectiſſimo Nobis ſpectabili, & generoſo Equiti aurato *D. Hannibali de Saſſuno* Quadraginta Viro, & Patricio Bonon. ſalutem in Domino. *Cum Flumen Rheni* ſuperioribus menſibus infra, *ab opido Centi VETERE CVRSV DIMISSO, NOVVM SIBI ALVEVM PARAVERIT*, & humiliora, baſſioraque loca ejus Regionis quærens *DVM SE SE PADVM VERSVS HABILIVS DIRIGERE CONTENDIT*, magnam Agris ſtragem intulerit, majorem profectò illaturam in dies, ni curſus ejus coherceretur, & ei quadam quaſi lege impoſita, ſimul collectis aquis, *quò locorum naturalis ſitus vocat, uſque in Padum immitteretur*; id, quod non *Bononienſibus* ſolùm optabile eſt, quorum Agri ſunt in ea Regio-

Tenor Mandati procuræ Bononienſium.

Flumen Rheni, vetere curſu dimiſſo, novum ſibi alveum paraverat per loca humiliora, ut habilius ſe dirigeret in Padum.

Novus hic alveus maximè præjudicialis tum Bononienſibus, tum Ferrarienſibus.

Præjudicium Ferrarienſium Dux agnovit.

Verba, tam in ſubſtantia, quàm in intentione proferentium, alterata, & vitiata in quadam Scriptura DD. Ferrarienſium *pag.* 51.

Agirur de conſulendo indemnirati utriuſque dirionis Bononienſis, & Ferrarienſis.

Regione huic diſcrimini objecti, *verùm etiam Illuſtriſsimus Princeps, & Excellentiſsimus D. D. Alphonſius Dux Ferrariæ digniſſimus* comprobare videtur, *NON TAM SVORVM QVIDEM GRATIA, QVI NEC IPSI SVNT HVIVS DAMNI, VEL PERICVLI EXORTES, QVAM PRO SVI ANIMI LIBERALITATE, QVEM MAIORVM SVORVM IN CAVSA EADEM VESTIGIA* inſiſtentem, Bononienſium quoque, ut avertantur incommoda, *NON MINVS AC SVA*, facilè, ac libenter proviſurum, ac permiſſurum ſperamus; hanc ob rem, ne proviſio ad opus tàm utile, tamque neceſſarium differatur, cum Bononienſes ipſi, quod ad ſe, & ad hanc Rempublicam pertineat aggredi parati ſint, nec pro virili deeſſe velint, quin *MVTVIS PRÆDICTI ILLVSTRISS. DVCIS, ET PROPRIIS COMMODIS* intendant cum Duce ipſo, & à memorati Fluminis Rheni inundationibus *AGRI VTRIVSQVE DITTIONIS* Bon.tutti reddantur, opperibus opportunis de virtute,& probitate veſtra, ac ſumma fidei integritate plurimum in Domino confidentes, & quòd ea, quæ vobis committenda duximus ritè, ac dilligentèr exequimini, harum patentium litterarum ſerie, ac tenore, *auctoritate prædicti Reverendiſs. Domini Legati, qua fungimur, & Officii Vicelegationis, & Gubernii noſtri, quod gerimus*, ac omni alio meliori modo, nomine, Jure, via, Cauſa, & forma, quibus magis, & meliùs poſſumus, accedente ad hæc conſenſu, & voluntate *Magnificorum Dominorum Antianorum, Conſulum, & Vexilliferi Juſtitiæ Populi, & Communis Bonon., & Dominorum Quadraginta Reformatorum Status libertatis Civitatis prædictæ*. Vos *Dominum Hanibalem de Saſſuno* antedictum facimus, conſtituimus, & deputamus *Oratorem, Commiſſarium, Syndicum, & Procuratorem noſtrum*, & Communis Bonon. *ad praticandum*, & *TRACTANDVM* cum prælibato *Illuſtriſs. & Excellent. D.D.Alphonſio Duce Duce Ferrariæ memorato*, vel cum hiis,

qui

qui ab ipſo Duce cum *auctoritate idonea* electi ad hoc, & deputati fuerint, uno, vel pluribus, ut *Flumini prædicto Rheni, & ejus libero curſui provideatur ad Padum uſque*, ſtirpium obiices divellantur, & cætera curſum remorantia expediantur, quod *Alveus per loca habiliora, quatenus opus erit*, & ageribus neceſſariis muniatur; & ad prædicta, & alia ab hiis dependentia, & occaſionata, prout opus fuerit, *TRANSIGENDUM, firmandum, & ſtabiliendum, cum hiis conditionibus, pactis, capitulis, modificationibus, declarationibus, exceptionibus, reſſervationibus, mutuis promiſſionibus*, & aliis, quemadmodum, & *prout in CONCORDIA cum prædicto Domino Duce remanſeritis*. Quæ *pacta, conventiones, & capitula*, & alia ſuper prædictis omnibus, & ſingulis, & dependentibus ab eis per vos *firmanda, & concludenda*, prout concluſa, & firmata fuerint, non ſecùs, ac ſi præſenti noſtro mandato de verbo ad verbum eſſent inſerta, ex nunc, prout ex tunc ex certa noſtra ſcientia, & animo deliberato, de conſenſu, & voluntate prædictis, tenore præſentium approbamus, ratificamus, emolugamus omni meliori modo jure, via, cauſa, & forma, quibus magis, meliùs, & efficatiùs poſſumus, & debemus, ac etiam ad celebranda ſuperinde quæcumque Inſtrumenta, unum, vel plura, adjectis, & conſtitutis pœnis, bonorum mutuis obligationibus, beneficiorum renunciationibus, juramentis, & aliis clauſulis neceſſariis, & opportunis, & generaliter ad omnia alia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea dicendum, faciendum, & concludendum noſtro, & prædicto, & Communis Bonon. nomine, quæ opus fuerint, & vobis ut ſupra videbuntur expedire, & quæ nos metipſi unâ cum prædictis M. D. Antianis, & Dominis Quadraginta facere poſſemus, ſi illis præſentes eſſemus. Dantes, & concedentes vobis D. Hannibali in prædictis omnibus, & ſingulis, & dependentibus ab eis plenum, liberum, & abſolutum mandatum, cum plenâ, libera, & abſoluta poteſtate, etiamſi talia eſſent, quæ mandatum magis exigerent

Per viam Transactionis, & Concordiæ.

Ampliſſimæ facultates conceſſæ Procuratori Bononienſium.

 ſpe-

ſpeciale; promittentes noſtro, & Reverendiſs.D.Legati nomine, & nominibus prædictorum Magnificorum Dominorum Antianorum; & Dominorum Quadraginta, ac ejus, & eorum in Officio ſucceſſorum, ac nomine Communis Bonon. Nos & dictum Commune Bonon. perpetuò firmum, ratum, & gratum habituros quicquid per Vos in de, & ſuper prædictis omnibus, & ſingulis, & circa illa factum, geſtum, & concluſum fuerit. Sub hypoteca, & obligatione omnium, & ſingulorum dicti Communis Bonorum præſentium, & futurorum. In quorum omnium fidem, robur, & teſtimonium has noſtras fieri juſſimus, & mediocris ſigilli prædicti Reverendiſſimi Domini Vicelegati, quo in ſimilibus utimur, munimine roborari. *Datum Bononiæ in Palatio Reſſidentiæ noſtræ die ſeptima Octobris* MDXXII. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. D. *Adriani*, Divina Providentia, *Papæ Sexti anno primo*. B. Vicelegatus, & Præſidens. Marſieder. Supradicta omnia proceſſerunt de conſenſu, & voluntate Magnificorum, & Excelſ. Antianorum, Dominorum Quadraginta Reformatorum Status Libertatis Civitatis Bononiæ. *Datum ut ſupra*. Bernardus Faſaninus Cancellarius.

Mandatum Procuræ Bononiæ datum 7.Octobris 1522.

Et eorum nominibus, Partibus ex altera; de, & ſuper prædictis omnibus in dicto Syndicatus, & Procuræ Inſtrumento ſupra narratis, & expreſſis, & illorum occaſione, mutuiſque petitionibus hinc inde per ipſas Partes factis, reſpectivè, videlicet: per *ipſum Illuſtriſs.*, *&* *Excellentiſs.D. Ducem* ut *NOVVS ALVEVS, SIVE BVCHA, ET RVPTVRA per dictum Flumen Rheni facta tollatur*, *& impleatur*; & per ipſos Magnificos Dominos Bonon., & eorum nominibus, ut per eundem Illuſtriſs. Ducem *ea*, *ſive alia commodiori via liber aditus*, *& decurſus aquis ejuſdem Fluminis uſque ad*, *& in Padum*, *pro COMMVNI COMMODO, ET VTILITATE DETVR, ET VT INDEMNITATI VTRIVSQVE TERRITORII BONONIEN., ET FERRARIEN.*; *necnon Centi*, *& Ple-*

Sequit.tenor Tranſactionis.

Dux petit, quod tollatur, & impleatur novus Alveus, ſive ruptura Rheni.

Bononienſes expoſtulant, quod alia via commodiori aquę d. fluminis deriventur in Padum.

Pro communi comodo, utilitate, & indemnitate utriuſque Territorii Bononien.&Ferrarien.

Plebis omninò provideatur, & ejusdem Illustriss., & Excellentiss. *D. Ducis*, *&* *ipsorum Magnificorum DD. Bonon. PARI VOTO respectivè satisfiat*; ex Causa præsentis *Contractus*, & Instrumenti, *AC COMPOSITIONIS*, *TRANSACTIONIS*, *ET CONCORDIÆ* per, & inter ipsas Partes de, & super præmissis omnibus, & illorum occasione, & ad *tollendas quascumque lites*, *altercationes*, *&* *differentias*, quæ super inde oriri, & *in Judicium deduci potuissent*, & pro *bono pacis*, *&* *concordiæ*, & mutui amoris, & solitæ benevolentiæ inter ipsas Partes conservatione, ac aliàs ad omnem meliorem finem, & effectum, & omni meliori modo, jure, via, causa, & forma, quibus magis, meliùs, ac vallidiùs fieri potuit, & potest; spontè ad infrascriptam devenerunt *TRANSACTIONEM*, *CONCORDIAM*, *Promissiones*, *Pacta*, *Capitula*, *&* *Conventiones*; hìc materno Sermone de Partium consensu facta, & descripta, ut infra sequitur, videlicet.

Ambarum partium hoc est Ducis, & Bononiensium pari voto devenitur ad transactionem, compositionem, concordiam, & contractum.

Pro tollendis litibus &c. & pro bono pacis.

Iterum fit mentio de transactione, concordia, pactis, capitulis, & conventionibus.

Capitoli, e Conventione fatti per, & inter lo Illustriss. & Excellentiss. *Sig. Duca de Ferrara*, & Sign. *Bolognesi*, circha *el tirare*, *ET MANTENER el Fiume de Rheno in Pò*.

Tenor Capitulorum.

Prima se pattuisce, & convene, e vole, & consente il predetto *Illustriss. Signor Duca*, che omninò il *Fiume di Rheno abbia*, *&* *debbia andare per LO ALVEO VECHIO*, *DOVE ERA SOLITO ANDARE AVANTI FACESSE LO ALVEO NOVO*, *SEV ROTTA*, *che fece lo anno passato*, *&* *intrare nel Fiume di Pò*, *nel loco dove è la Rotta de Madona Silvia*, con li modi, e ordini infrascripti, coè, che avanti chel *Si serri la bocca de lo ALVEO NOVO*, *prima si debbia nettare*, *&* *sgombrare la via DE LO ALVEO VECHIO ARENATO*, *&* *a quel tempo aprirse lo corso suo in Pò*.

1. Quòd Flumen Rheni ire debeat in Padum *per l'alveo vecchio, dove era solito andare avanti facesse l'alveo nuovo, seu rotta*.

Antequam claudatur alveus novus, expurgari debet antiquus, & tunc per illum *aprirsi lo corso suo in Pò*.

Item, che le predetti *Signori Bolognesi* non possano, nè tollerare debbiano, che in ditto *Fiume de Rheno* intri altra acqua *de altro Fiume corrente*, la quale habia a cargare lo Alveo

2. QuòdBononienses nequeant in Rhenum inducere aquas *di altro fiume corrente*.

Alveo de Rheno de più acqua de quello, che li corre de presenti.

3. Statim, ac Bononienses incumbãt aperitioni *della bocca come sopra assegnata in Pò* per Ducem, idem Dux teneatur *far abassare, e serrare le rotte di Reno solite ad entrare in Pò sopra l'assegnata rotta.*

Item, *che lo Illustriss. Signor Duca* incontinenti, che li Signori Bolognesi faranno entrare in opera gli homini loro a lavorare, *& aprire la bocha de epsi, como di sopra assignata in Pò* per sua Illustriss. Signoria, *sia obbligato de fare appassare, e serrare le Rotte de RHENO, SOLITE A INTRARE IN PO sopra a la assignata Rotta, e maxime quella è indritto Vigarano, e la Mainarda, che tutte sono sopra a la assignata Rotta, sive Bocha de Madona Silvia.*

4. Booonięses propriis sumptibus facient argines, cavamenta, & opera necessaria tam in Territorio Bononiæ, quàm Ferrariæ *per condurre, e mantenere* d. flumen Rheni *in Pò dal detto alveo nuovo, sive rotta in giuso.*

Item, che li detti Signori Bolognesi, oltra quel hanno a contribuire li homini di Cento, tutti li cavamenti, argeri, sterpate, tagliate, che faranno *sì in Bolognese*, come *in FERRARESE* le habiano a fare fare de tempo in tempo a le loro spese, secondo che bisognarano per li maistramenti haverano del detto Fiume, e *per condure, e mantenere epso in Pò dal detto ALVEO NVOVO, SIVE ROTTA INGIOSO*, essendo obbligati li Signori Bolognesi a fare una sterpata, comenzando alla bocha de Madona Silvia a traverso la Valle, fino ale Ghiare di Rheno, de largheza de pertiche venti in venticinque per dare principio al corso de detto Fiume, e poi de tempo in tempo a slargare da ogni lato ditta sterpata pertiche cinquanta, & più, segondo parerà alli Signori Bolognesi.

5. Homines Centi usque tunc subditi Ferrariensium contribuere debeot medietatem expensarũ *si in serrare la bocca dell'alveo nuovo, come ancora in cavare l'alveo vecchio arenato.*

Item, che *li buomini de Cento* habiano a conferire alla mità delle spexe, si in serrare *la bocha de lo Alveo novo, sive Rotta*, come anchora in cavare *LO ALVEO VECCHIO ARENATO*, zoè quel Cavezo de Alveo, che è de sotto dalla Ratta de quanta quantità se sia, & non più.

6. Dux promittit, quòd Domini, & possessores terrenorũ, per quæ flumen Rheni ducendum erit io Padum, nullum præstabunt impedimentum,

Item, chel predetto Signor Duca sia obbligato fare, e così epso promette, chel farà, e curerà con affetto ogni de rason, & de facto, etiam de ciascuna difficultà, & impossibilità exceptione remossa, che *quilli, de chi sono li Terreni SVSO IL SVO TERRITORIO*, per li quali Terreni *il Rheno*

no se condurà in Pò, non farano impedimento alcuno, anzi liberamente lassarano lavorare, sterpare, taiare, cavare, & argenare *à piacere, e commodo delli Signori Bolognesi senza pagamento, graveza, & impedimento alcuno* per quella largheza, e modo li serà necessario per ditto Fiume; e più, che li detti Patroni de terreni, & altre Persone de ogni altra condizione mai per tempo alcuno non possano fra *li Argeri de ditto Fiume, nè etiam in quelli piantare, nè allevare, nè tenere arbori, nè berlette de sorte alcuna, nè altro impedimento* fare, nè faranno al decorso de ditto Fiume, & opera, e che facendolo il predetto Illustris. Signor Duca sia obligato, e così promette fare levare, e portare via tali impedimenti *a spexe de chi li facesse*, & nihilominùs, mancando il il Signore Duca de fare quanto di sopra, *sia licito, e possino li Signori Bolognesi eorum propria auctoritate, & senza alcuna requisizione de Iudice, overo Officiali, sive altri* levare detti impedimenti *a ditte spexe*.

tum, quòdque Bononienses omnia opera ad id necessaria, & opportuna facere poterunt *à piacere, e commodo senza pagamento, graveza, & impedimento alcuno*.

Domini dd. terrenorum non possint facere argines, nec plantare arbores.

Et si secus facerent, omnia demolienda, & evellenda sumptibus facientis.

Et hoc licitum Bononiensibus propria auctoritate.

Item, che quando gl' huomini di Cento, e Pieve, quanto sia nel loro Territorio respectivè, & li Signori Bolognesi haverano finiti li sopradetti cavamenti, e Argeri a substentazione de detto Fiume sino in Pò, secondo bisognerano como di sopra, e *quando haveranno assignati a lo Illustris. Signore Duca li Argeri del Ferrarese, & epsi Argeri del Ferrarese recognosciuti serano per periti de luna, & laltra parte electi, & in casu discordiæ da esser laudati, & approbati da lo Illustris. Signore Duca star bene*, al hora ogni homo sia tenuto mantenerli, e conservarli respectivè in suso *el suo Territorio*, e similiter, mentre se farà lopera, in caso de nuovo rompesseno, e che nondimeno, se quelli nel Territorio, de quali detti Argeri rompesseno, *sì in Bolognese*, como in quello *di Cento, ò di Pieve, ò in FERRARESE*, quando che per assignazione receputi li hauerano, como di sopra requisiti, fusseno negligenti a repararli, *sia licito alli altri de sua propria auttoritate, e senza requisizione*

7. Partes conveniunt super manutentione arginum, postquam assignati fuissent.

Negligente una Parte manutentionem dd. arginum, altera valeat eos reparare, vel de novo facere propria auctoritate.

ne de Iudice, *overo Officiale andare*, *ſtare*, *&* *lavorare nel detto Territorio*, *&* *detti Argeri refare*, *e reparare à ſuo piacere*, ſenza pregiudicio perhò della Iuriſdictione de luna, & laltra Parte, nè per queſto poſſano eſſere impediti, *&* *de quanto ſpenderanno in refare*, *e reparare ditti Argiri*, *tanto poſſino exigere da quelli nel Territorio de'quali ſerano detti Argeri reparati*, *&* *reſſati*, & li quali fuſſeno ſtati obbligati a reſſarli, & a repararli, como di ſopra, ſenza incorſo de pena, ò intereſſe alcuno.

Et ſumptibus negligentis.

8. Convenit aquęductum de Riolo, & introductionem, ac derivationem aquarum ejuſdem.

Item, perche ultimate, nel concludere *li preſenti Pacti, e Capitoli*, inſta la Excellentia del Signore Duca, che tutte le acque di detto Fiume di Rheno per una ſola bocha, & ſic per ditto Alveo ſe farà, & non per più intrino in Pò, ſe convene, che li Signori Bologneſi quandocunque requiſiti in nome dello predetto Illuſtriſſimo Signore Duca in frà trè anni,tunc proximè ſubſequenti, debiano, & etiam non requiſiti, poſſano interim, e ſempre ad ogni loro beneplacito le acque vive, e correnti del Condutto, ſivè Scorſuro, chiamato Riolo in Bologneſe, qual da Bologna, e de ſopra da epſa deſcendono dal detto Fiume de Rheno, ſive Canale de epſo, e intrano in detto Riolo, divertire, & removere, e quelli condure nel detto Fiume di Reno de ſotto da Bologna per quatro miglia, doue ad epſi Signori Bologneſi parerà. Il reſto verò de le acque de detto Riolo da lì ingioſo *per epſi vadino in Pò*, *SECVNDO EL CONSVETE*; Ità tamen, che non li corra in detto Riolo acque vive del Bologneſe,mà ſolo li Condotti, e Scolaturi delle acque piovane,& che quando li predetti Signori Bologneſi,coſì requiſiti non voleſſeno, ò non poteſſeno in lo ſopraſcritto loco trare le dette acque del detto Riolo, e quelle condure in Rheno ut ſupra, tunc poſſano, & debbiano fare una Chiavega in la ſponda de detto Riolo de grandeza apta a tore la quantità de dette acque ſic deſcendente da Rheno in detto Riolo, e per quella epſa quantità de acque trare, condur, e derivare ad altro luogo in Bologneſe, dove parerà alli Signori Bologneſi. *Il reſto*

Quæ tamen aquæ (nempe omnes, quæ fluũt inter Rhenum, & Canale navigationis) etiam antea ibant in Padum, *ſecondo il conſueto*.

resto vero delle acque del Riolo vadino in Pò SECVNDO IL CONSVETO, & ut supra, & in caso, che infra detto tempo non se divertisse dette acque, si como è detto di sopra, chel sia licito al Signore Duca à spexe delli Signori Bolognesi condure, e fare condure il predetto Riolo per el Territorio Bolognese nelle Valle de Bolognese, senza exceptione alcuna tanto per el Publico, quanto per el Privato. Et pro uberiori cautella, & pro præmissorum omnium majori validitate, & robore, convenerunt ipse Partes &c. Si prædicti Reverendiss. D.Legatus, seù ipse D.Vicelegatus, qui in præsentiarum existit in Civitate Bononiæ, seù qui erit in termino unius mensis proximè futuri, & Magnifici DD. Antiani, & Vexillifer Justitiæ, ac Magnifici DD. Quadraginta Viri Bonon.infra d. mensem proximè venturum non ratificaverint, & approbaverint præsens Instrumentum, & omnia, & singula in eo contenta per publicum Instrumentum rogandum per publicum Notarium, illud, & illa omnia pro infectis habeantur.

Sequunt. solitę clausulæ generales pro majori Transactionis firmitate.

Quæ omnia, & singula supra, & infrascripta, & in præsenti Instrumento, & Contractu, ac Capitulis contenta, apposita, & descripta promiserunt dictæ Partes, & Contrahentes dictis modis, & nominibus per se, & eorum hæredes, & successores sibi invicem, & vicissim, & quilibet eorum respectivè, quantum fuerit, & est pro à se, ut supra dictis factis, promissis, & conventis, singula singulis congruè referendo, & debitè adaptando; Se p p.° firma, rata, & grata habere, tenere, attendere, observare, & adimplere, & in nullo contrafacere, dicere, opponere, vel venire per se, vel alium, seu alios, aliqua ratione, vel causa, modo, vel ingenio, de jure, vel de facto in Judicio, sive extra.

Sub pœna ducatorum decem millium auri solemni stipulatione, & pacto promissa per, & inter ipsas Partes, & Contrahentes dictis modis, & nominibus, per se, & eorum hæredes, & successores sibi invicem, & vicissim respectivè, ut supra, totiens committenda, petteda, & exigenda, quotiens in

in prædictis, vel eorum aliquo fuerit contrafactum, ventum, vel omissum, & ipsa pœna commissa soluta, & exacta, vel non, nihilominus supra, & infrascripta omnia, & singula, perpetuò firma, & rata perdurent.

Item reſficere, & restituere promiserunt dicte Partes, & Contrahentes ut supra sibi invicem, & vicissim respectivè, ut supra, omnia, & singula eorum damna sumptus expensarum, & interesse litis, & extra.

Prò quibus omnibus, & singulis firmiter observandis, & efficaciter adimplendis obligaverunt dictæ Partes, & Contrahentes per se, & eorum hæredes, & successores dictis modis, & nominibus sibi invicem, & vicissim, ac respectivè, ut supra v. Ipse Illustriss. Dominus Dux omnia, & singula sua, & suorum heredum, & successorum, & ipse Dominus Hannibal dicti Communis Bonon. tantùm, & non sua, nec ejus hæredum, immò cum ea protestatione semper, quod non intendit se, nec sua bona in aliquo obligare bona mobilia, & immobilia, res, & jura, præsentia, & futura cuiuscunque conditionis existant.

Renunciantes insuper dictæ Partes, & Contrahentes per se, & eorum Hæredes, & successores, sibi invicem, & vicissim, ac respectivè ut supra in, & super, hiis omnibus, & singulis specialiter, & expresè exceptioni doli mali, quod metus causa, condictioni indebiti, & sine, aut ex injusta causa, in factum actioni Fori, Privilegio, Feriis, & diebus feriatis inductis, & inducendis, beneficiisque novarum Constitutionum de Fidejussoribus, & pluribus reis debendi, Epistolæque Divi Adriani, Senatus Consulti, & generaliter omni, & cuicumque alii legum, juris, & usus auxilio.

Demum dicte Partes, & Contrahentes dictis modis, & nominibus majores annis 25. eorum etatis juraverunt corporaliter ad Sancta Dei Evangelia, manibus tactis scripturis, suprascripta omnia, & singula vera fuisse, & esse, eaque perpetuò firma, rata, & grata habere, tenere, attendere, observare,

re, & adimplere, & in nullo contrafacere, dicere, opponere, vel venire per se, vel alium seù alios aliqua ratione, vel causa, nec restitutione aliqua, Jus, Beneficium, Privilegium, vel Rescriptum aliquod impetrare, procurare, vel consequi, aut impetratis quomodolibet uti, prætextu, vel occasione damni modici, enormis, enormioris, seù enormissimi de jure comuni, vel ex privilegio speciali, seu alia quavis ratione, vel causa, modo, vel ingenio, de jure, vel de facto, in judicio, sive extra.

Præsentibus, etiam ad prædicta omnia, & singula Magnifico, & generoso Equite, & Comite, ac Ducali consiliario secreto *Domino Antonio de Costabilis dignissimo Judice duodecim sapientum Civitatis Ferrariæ*, & Magnifico Domino Oppizone à remis Ducali Secretario, Magnifico Domino Hieronymo Giliolo Ducali Magistro Camerlengo, & Eximio juris Doctore Domino Federico Bardella, Spectabile Domino Petro Maria Petrato, Præstanti Ser Francisco de Vincentiis *ex duodecim Sapientum dictæ Civitatis Ferrariæ, & eorum propriis nominibus, & vice, & nominibus omnium aliorum eorum Collegarum absentium, & nominibus Communis, & hominum d. Civitatis Ferrariæ* prædictis omnibus, & singulis pro uberiori cautela expressè consentientibus, & ea omnia approbantibus, omni meliori modo, quo potuerunt.

Acta, & publicata fuerunt prædicta omnia, & singula in Civitate Ferrariæ in Curia Ducali, & in Camera Cubicularii prædicti Illustriss. Ducis; Præsentibus ibidem Magnificis, & Clarissimis Jurisconsultis Domino Jacobo Alvaroto de Padua, Domino Matthæo Casella de Faventia, Domino Bernardino de Monteluciis de Aretio, Ducalibus Consiliariis Justitiæ dictæ Civitatis Ferrariæ, Spectabilibus Viris Domino Joanne Jacobo qu. Magnifici Equitis Domini Caroli de Gratis, Ser Virgilio qu. Ser Andreæ de Gambalungis Cive, & Notario Bonon., Domino Jo. Maria qu. Jo. Baptistæ de Cambiis Ingenie-

nierio, omnibus Bononiæ Civibus, qui omnes dixerunt se di-
ctas Partes, & Contrahentes benè cognovisse, & cognoscere,
Testibus omnibus ad prædicta vocatis adhibitis, & rogatis.

Sumptum ex notis, & rogationibus mei Herculis qu. Joannis de Borgogninis Civis, & Notarii Bononiensis de prædictis rogati unà, & insolidum cum Domino Baptista de Sarachis Notario Ferrariensi. In quorum fidem hic me cum signo meo subscripsi &c.

Loco ✣ Signi.

Quod quidem Transumptum sic ut supra factum ego Notarius collationavi, & concordare inveni adjuvante mihi &c. Socio fideli &c.

Sumpta fuere prædicta ex actis, & rogitibus mei Ioannis Mariæ qu. Petri de Pedinis Notarii actuarii in foro Civili Eminentiss. & Reverendiss. D. Card. Legati. In quorum fidem hic me subscripsi, & subsignavi requ.

Loco ✣ Signi.

Nos Corector & Consules Almi Collegii DD. Notariorum Civitatis Bononiæ.

Universis &c. fidem indubiam facimus, & attestamur suprascriptum D. Joannem Mariam Pedinum fuisse, & esse Civem, & Notarium publicum Bononiæ, ac talem qualem &c. ejusque scripturis, & rogitibus publicis, & autenticis semper, & ubique adhibitam fuisse fidem in judicio, & extra, magisq; in dies adhiberi; in quorum fidem &c. Datum Bononiæ hac die 6. Augusti 1717.

Iacobus Blondus Notar. Cancellar. d. Collegii &c.

Loco ✣ Bulli Legalitatis.

nierio, omnibus Bononiæ Civibus, qui omnes dixerunt se di-ctas Partes, & Contrahentes benè cognovisse, & cognoscere, Testibus omnibus ad prædicta vocatis adhibitis, & rogatis.

Sumptum ex notis, & rogationibus mei Herculis qu. Joannis de Borgogninis Civis, & Notarii Bononiensis de prædictis rogati unà, & insolidum cum Domino Baptista de Sarachis Notario Ferrariensi. In quorum fidem hic me cum signo meo subscripsi &c.

Loco ✣ Signi.

Quod quidem Transumptum sic ut supra factum ego Notarius collationavi, & concordare inveni adjuvante mihi &c. Socio fideli &c.

Sumpta fuere prædicta ex actis, & rogitibus mei Ioannis Mariæ qu. Petri de Pedinis Notarii actuarii in foro Civili Eminentiss. & Reverendiss. D. Card. Legati. In quorum fidem hic me subscripsi, & subsignavi requ.

Loco ✣ Signi.

Nos Corector & Consules Almi Collegii DD. Notariorum Civitatis Bononiæ.

Universis &c. fidem indubiam facimus, & attestamur suprascriptum D. Joannem Mariam Pedinum fuisse, & esse Civem, & Notarium publicum Bononiæ, ac talem qualem &c. ejusque scripturis, & rogitibus publicis, & autenticis semper, & ubique adhibitam fuisse fidem in judicio, & extra, magisq; in dies adhiberi; in quorum fidem &c. Datum Bononiæ hac die 6. Augusti 1717.

Iacobus Blondus Notar. Cancellar. d. Collegii &c.

Loco ✣ Bulli Legalitatis.